

Alfonso a Castro, ac ceteri doctores orthodoxi prisoi et moderni, qui contra haereses scripserunt; ut mirum sit hoc seculo nonnullis in locis infamem et sceleratum Ebionem, toties damnatum, rursum ex orco esse revocatum, et monstrorum eius haeresim jam diu sepultam, rursus in lucem prodidisse opera Judaeorum et judaizantium cum insigni probro Christiani nominis, aequo ac magno fidelium damno. Hoc ergo est opus, hic astus Satanae, qui transfigurat se in angelum lucis, ut per Judaeos Christum et Christianos supplantet, ac homines quasi pisces decipiat capiatisque, et secum trahat ad aeterna gehennae incendia. Quocirca S. Joannes Apostolus adeo detestatus est blasphemum Ebionem, ut, cum eas balneum adiisset, intellexissetque in eo lavari Ebionem, illico cum suis aufugerit, dicens: « Festinate, fratres, egritudinem hinc, ne cadat balneum, et pereamus cum Ebione, qui intus est in balneo, propter ipsius impietatem, » uti narrat S. Epiphanius. *haeresi* 30

IN DUODECIM

MINORES PROPHETAS

COMMENTARIUS.

PROOEMIUM.

Prolegomena hic pauclora premito: que enim Prophetis majoribus praefixi, eadem minoribus serviantur. Rem ergo aggredior: studeo enim brevitati, ut totam S. Scripturam octo vel novem tomis complector, quod viri sapientes postulant. Notat S. Augustinus, lib. *XVIII De Civit. cap. xix.*
Et Prophetae et Ruffinus, Praefat. in *Oream*, duodecim Prophetas minores dico respectu quatuor majorum, putantes Ioseph, Jeremie, Ezechielis et Danielis, non co quod minus in sententiis gravitate, et rerum verborumque majestate cedant; sed ob sermonis et librorum brevitatem. Potuissem et ipsi paria majoribus volumina scribere, si voluissent: per multos enim annos munere concionandi et prophetandi functi sunt, uti *Oreas* usque ad annum etatis nonagesimum strenuus hoc offici perfunduntur est. Ex quo liquet eos multa vaticinando et concionando dixisse, que scriptis non tradiderunt; idque ex studio modestiae et humilitatis, ut minores essent et haberentur, nec majoribus sequerentur. Quo studio impulsus humilius S. Franciscus se et suos fratres Minores esse et nuncupari voluit. Unde cum cardinali Hostiensis, qui postea creatus Pontifex, Gregorius IX dictus est, ab eo quassisset utrum sibi placaret, ut fratres sui promoverentur ad Ecclesiasticas dignitates, respondit: « Domine, Minoris ideo vocati sunt fratres mei, ut majors fieri non presumant. Si vultis ut faciam fructum in Ecclesia Dei, tenete illos et conservate in statu vocationis eorum, et ad ecclesiasticas prelationes nullatenus ascendere permitatis. » Ita refert S. Bonaventura in *Vita S. Francisci*, cap. vi. Eodem studio et spiritu actu S. Paulinus Nola episcopus, vir nobilis genere, ingenio, virtute, sapientia et eloquentia, quam mire extollunt S. Hieronymus et Augustinus, rogatus ut scriberet in S. Scripturam, respondit se minus peritum esse, et indignum qui tam sublimes et divinos libros interpretaretur. Quare nunquam calamum huic operi admoveare voluit, sed alii minus sublimibus, epistolis et carminibus, que etiamnum existant, et viri doctrinam. aequo ac modestiam, re-

ligionem, mundique contemptum testantur. Ita habet ejus *Vita*. Addit S. Chrysostomus *ad. om. 9 in Matth.*: « Multa, inquit, ex Propheticis perierunt monumentis; desides enim cum essent Iudei, nec desides modo, sed et impii, alia quidem perdidérunt negligenter, alia vero tum incenderunt, tum conciderunt. Et de profanitate quidem taliter Jeremias refert, cap. *xxxvi*, 32: De negligentia vero, IV *Reg. xxii*, legitimus, quoniam post multum temporis vix Deuteronomii volumen sit repertum, defossum quadam in loco, ac pene depletum. »

Ilaque maluerunt hi nostri Prophetae, multis omissionibus, pauca tantum, nimurum precipua capita suorum oraculorum et concionum conscribere, que Iudeis dictorum a se et ab his auditorum memoriam jugiter refricerant, queque ipsi, aequo ac posteri, præsertim Christiani, ob prolixitatem non fastidirent, sed ob brevitatem avide legerent. Verbo enim paucis, scripto toti consultori posteritati: « Zacharias (et quilibet doctor) ait Tertullianus, lib. *De Idolol.* cap. *xiii*, loquitur in stylo, auditur in cera: manus omni sono clarior, litera omni ore vocalior. » In hac ergo Prophetarum brevitate magna et pregnans est rerum copia, magnus dicendi nervus, magnum pathos, densus et multiplex sensus. Audi S. Hieronymum *Proemio in Epist. ad Philemon.*: « Sed, ait, mihi videtur dum Epistolam simplicitatis arguunt, suam imperitiam prodere, non intelligentes quid in singulis sermonibus virtutis ac sapientie lateat. Si autem brevitas habetur contemptu, commentator Abdias, Nahum, Sophonias, et alii duodecim Prophetæ, in quibus tam mira, et tam grandia sunt que feruntur, ut nescias utrum brevitem sermonum in illis demirari debetas, an magnitudinem sensum. » Quocirca idem hic in *Proemio*, *Oream* vocal « commaticum », et quasi per sentientias loquentem: « brevibus enim sententias quasi per commata intercessis, multas magnasque res patetice eloquunt; aimurum sapientis uti veniam uno mentis cernit in ictu, ita idem enuntiat,

unque dentis verbique dicit et dictat in iectu. Sed audi ipsumst S. Hieronymum : « Osee commatius est, et quasi per sententias loquens. Joel planus in principiis, in fine obscurior. Et usque ad Malachiam habent singuli proprietates suas. » Et in Prologo Galeato : « Duodecim, ait, Prophetae in unius voluminis angustias coactati, multo aliud, quam sonant in littera, praefiguntur; hic ergo verum est istud quod de apibus cecinit Virgilius in Georgice :

In tenui labor, at tenui non gloria.

Nam, ut ait Eccles. xi, 3 : « Brevis, » grecè παχτή, id est parva, « in volatilibus est apis, et initium dulcoris habet fructus illius; » hinc ista vox apum :

Magna etiam est nobis in parvo corpore virtus.

Famulus
corporis
Tydeus,
animi
Hercules,

Ut Tydeus illi, pusillo mole corporea, sed mente gigantea, qui Tydeus fuit statuta, sed anima Herculea, solertia Ulysses. Virtus enim compressa fit fortior, et majores impetas plagues adversariae infligit. Apostolus uti nominis, ita corpore Paulus fuit et pusillus; sed sapientia et spiritus excelsus, imo longissimus: « Tricubitalis est, ait S. Chrysostomus, et celos sideraque transcendit. » Ita Prophetae minores tricubitalis sunt, si verbo et sententias species; sed sapientia et sensibus genethera transcedunt. Egregie S. Paulinus, epist. 4, inter sex quas scripsit ad Amaranthum: « Sicut mellis, inquit, gutta idem sapit, quod totus favus, sic et in uno loco verbo stillicidum linguae vestre, totum sanctae animae vestre saporem refert. Nec ideo margarita vilis est quia exigua, sed ideo magis pretiosa, quia et exiguo modico magnum pretium habet. Sed et granum simapis, quod minimum videtur in semine, maximum tamen exstat in oleo: ideo etiam brevis sermo vester, duodecimum simul ac vigorem verbi celestis tenet. » Sic Alanus in Antileuidiano laudat Symmachum « urbis prefectum sub Theodosio imperatore a nervosa styllo brevitate, dicens :

Symmachus in verbis parcus, sed mente profundus;
Prodigos in sensu, verbis angustus: abundans
Mente, sed ore minor: fructu, una fronde, beatus,
Sensus divitiae verbi brevitatis coactus.

Non dubitat Poeta muscam exiguum cum rege componere :

Dens in
minimo
eminet
maximu-

An quisquam conferre negat cum principe muscam?

Enim in minimis maximus ipso Deus.

Tria parva, sed efficacia :

Vipera, si memini, prima est; formica secunda;

Tertia autem propria nectare lucet apis;

Non te parve oculi formica, sicut viperæ, non te

Vt vobis Bibliothecæ clavis esset apis.

Porro Virgilius, lib. IV Georg., apim esse, vel habere quid numinis assertit :

Eesse apibus portent divina mentis, et haustus

Elfenbus dixerit: Deum namque ire per omnes

Terraque tractusque maris, etc.

Homines statura parvi, communiter magnanimi sunt. Cor membrorum minimum, ipsum tamen est quasi focus et arx corporis, et alterum quasi animal, primum vivens et ultimum mortiens, vite, sensus et motus fons et origo: quin et animalia generosa, ut leo, parvum habent eorū; que vero magnum habent, ut hyena, lepus, cervus, asinus, panthera, mustela, timida et pavida sunt, ait ex Aristotele Plinio, lib. XI, cap. xxxvii. Adeo Deus et natura parvos et parva amant, et in parvis vas suis cimelia recondunt: « Nulli enim parvus est census, cui magnus est animus, » ait S. Leo, cap. 1 De Quadriga. Quocirca Philosophus, interrogatus quid minimum esset simul et maximum; cum unus dixisset esse oculum, eo quod membrorum sit minimum, et tamen totum mundum, qui maximus est, visu comprehendat; respondit non esse oculum, sed cor, tum ob rationem iam atlantam, tum quia cor non solum mundum, sed et ea quae supra mundum sunt, adeoque res infinita mente, amore et affectu complectitur, nec illa re nisi Deo, qui immensus est, repleri et satiari potest. Denique ea humilitas minimum, virtus et gloria est maximum, uti docet Christus, Math. xviii, 4, et cap. xix, 26.

Precepi Sapienti, Proverb. xxx, 21: « Quatuor, aut, sum minimis terre, et ipsa sum sapientiora sapientioribus. Formicæ populus infirmus, qui preparat in messe cibum sibi. Lepusculus plebs invalida, qui collocat in petra cubile sumum. Regum locusta non habet, et egreditur universa per turmas suas. Stellæ manibus nititur, et moratur in aedibus regis. » Sapienter quoque Manilius, lib. IV Astron. :

Nec contemna tuus, quasi parvo in corpore vira.
Quod vobis, « omnisciam est. Sic autem pondera pars,
Exsuperat prelio numerosas aves acervos.
Sic adamus punctum lupiæ pretiosum sano est.
Parvula sic totum pervadit pupula celum;
Quodque violent oculi, minimum est, cum maxima rasant;
Sic animi sedes tenui sub pede locata,
Per totum angustum regnat de lito corpore.

Gaudet ergo natura, æque ac Deus qui est natura naturans auctorque nature, magna, imo magnitudinem suam immittente, contrahere et contractare ad parva, ut ibi unita denserat, eoque magis resplendeat, quo in minori minor esse gesit. Quid majoris microcosmo et universo? hoc tamen Deus totum colligit in homine, dum eum microcosmum efficit. Quid sublimius Verbo eterno, Dei Filio? hic tamen in infantili corpore integer inhabitare voluit, eique se adsequavit. Hoc est Verbum abbreviatum, portentum seculorum, de quo Apostolus, Roman. ix, 28, ait: « Verbum breve viat facit Dominus super terram. » Nam, ut de eodem vaticinatus est Iosain, cap. x, 12: « Consummatio abbreviata inveniatur justitiam. » Quid magnificenter Christo, vero Deo et homine, et tamen ipse in exigua Eucharistia hostia, in eo in quelibet ejus puncto totum se sicut. Magnus ergo

esse cupis? Deum imitare: ab eo viam et modum grandescendi disce: humilia, abbrevia, coarcta te, et magnus evades, Deoque similis. Sic angelus in punctum loci se contrahit: sic et anima tota est in qualibet corporis particula. Sic Orator convolvum florem vocavit, rudimentum nature, illum facere condiscens: pari modo humilitas convolvula est rudimentum anime, qua ad apicum virtutum scandere condiscit. Denique aureum est istud Pocula:

Quidquid precipit, esto brevis, ut cito dicta
Percipiunt anima doctiles, teneantque fidèles.

Et Cicero, I lib. De Orat., oratori hoc dicendi dat praeceptum: « Satius est minus quam nimis. Facilius enim coniugue rei in unum contracta species, quam divisa temporibus, oculis animisque inhaeret, » inquit Velleius Paterculus, lib. I. Haec de causa hi Prophetæ breves et contracti potius, quam fusi et prolixii esse maluerunt.

Argumentum minorum Prophetarum idem est quod majorum, nimis argunt idolatriam, aliaque Hebreworum peccata, que Jeroboam creando vitulos aureos, quasi deos in Dan et Beithel, inventerat, ad hoc, ut per schismam religiosum, faceret et schisma regni decem tribuum a regno duarum, Iudee scilicet et Bejuni, ne videlicet decem tribus occasione sacrorum et cultus divini ex lege celebrandi in Ierusalem a se suorum regno ad duas tribus, et regem Roboam redirent, ut patet Ill Reg. xi, 26. Deus ergo, quasi plus pater, eos revocando misit Prophetas, qui tum decem tribus, tum duas reliquias hoc quoque idolatrie contagio, ob vicinitatem et affinitatem decem tribuum, infectas, de hisce scleribus corriperent, comminando eis captivitatem Assiriensem et Balyonicam; itaque eas ad avitam patrum fidem et pietatem revocarent, ac ad Dei cultum et amorem ascenderent: qua de causa addidit vaticinata letaque promissa de Christo, deque Ecclesia, Sacramenta, gratia, omnime felicitate ab eo offerrenda in Novo Testamento: ideo sape hi Prophetæ a Christo, Paulo et Apostolis citantur. Nam, ut sapienter ait S. Augustinus in Sententia, num. 214: « Stultus est qui non credit denuntiationibus Prophetarum in paucis quæ restant, cum videat tam multa completa, quæ tunc non erant, quando predicabant implenda. »

Porr. facilissimum est, mutato tantum nomine, quæ Judeis hic ob idolatriam aliaque sceleris ad litteram intentant Prophetæ, tropologicæ applicante Christianis, atque anima nullabet, quæ per peccatum a Deo ad suas cupiditates abit, ac presertim ad heresim, cuius passim hec tropologicæ adaptat S. Hieronymus: nam, ut ipse ait in cap. xiv Osee, « gulosis deus et idolum est venter, avari mammona, hereticus sua heresim, suumque commentum et dogma, et ita de easteris. Quocirca regue Christianis ac Judeis sua oracula dilatarunt et consignarunt Prophetæ.

Jam vero Prophetæ minores numero sunt duo. Sunt 12
numero. instar duodecim Patriarcharum, et duodecim tribuum ad quas mittebantur. Fuerunt enim ipsi Patriarcharum supares, imo sui avii, duodecim Patriarchæ, duodecim tribum duodecim doctores, duodecim Apostolorum duodecim prodromi et antitypi, imo vero Veteris Testamenti Apostoli et Evangeliste.

Merito ergo Ecclesiasticus celebrans heroes Hebreworum, hoc elogio duodecim hosce Prophetas celebrat et condecorat, cap. xix, 12: « Duodecim Prophetarum ossa pullulent de loco suo, » q. d. Ossium et sepulcri, ut per consequens ipsorum duodecim Prophetarum virens semper, grata et florida sit memoria; nomen et fama eorum cum sepulcris et monumentis ipsorum permaneat, ut videantur reviscerent, et magis vivere defuncti, quam cum reispa vivent; adeo eorum laus, deus et gloria promanet ad posteros, imo permanent in eternum, ut quoties posteri inspicerint eorum ossa et sepulcrum, toties eorum virtutum et oraculorum gloriosam memoriam renovent et celebrent, dignosque predicent, quorum ossa inter Patriarchas et Apostolos, ad gloriam ecclesie remittantur in universali hominum resurrectione. Est metalepsis: ossa enim ponuntur pro sepulcro, sepulcrum pro sepulcro, puta pro ipsissimot Prophetis; nimur contentum ponunt pro continente: et pullulare idem est quod semper vigore et flore. Causam subdit: « Nam corroboraverunt Jacob in fide et pietate unius veri Dei et Messiae, quem prædicterunt venturum: » corroboraverunt, inquam, tum vaticinando, tum suis meritis et precibus robur et auxilium Dei populo impetrando: « et redamerunt se in fide virtutis, » puta in fide non quali quai, sed valentissima et potentissima; vel « in fide virtutis, » id est in fidelitate maxime strenua et efficaci, « redemerunt, » id est liberarunt et immunes preservarunt « se » ab omni culpa, pena et calamita: quia non nisi ea que Deus eis revelabat, fideliter et constanter prolocuti et vaticinati sunt. Simili enim phrasi de Iose, allusione Iudicibus Israel dicit idem Ecclesiasticus cap. xli, 13: « Et iudicies, quorum non est corruptum cor, qui non aversi sunt a Domino, ut sit memoria illorum in benedictione, et ossa eorum pullulent de loco suo, » hoc est, ut explicans subdit, « et nomen eorum permaneat in eternum, permanens ad filios illorum, sanctorum virorum gloria. » Ossa ergo hec Prophetarum etiamnum pullulant, et pullulabunt usque ad finem mundi, dum ipsi per sua monumenta et oracula Christianis, Iudeis, omnibusque gentibus assidue predicant, et predicabunt Messia adventum, ejusdem fidem, mores, spiritum, omnemque virtutem et sanctimonium.

Mystice S. Bernardus, serm. 2 ad Fratres, in Propheta

quæ

Illud: « Hoc est generatio querentium Domini, querentium faciem Dei Jacob, » doceat om-

nes vere Religiosos, mystices esse Prophetas, eo quod perspicaci mens acie eminus propisciant superna, absentia et futura; quod eorum mens, cogitatio et conversatio in celsis sit, indeque ex summo colorum vertice, quasi aquile, exiguum hoc terra punctus resipicant et despiciant; quod in altis eternitatis montibus commoverentur, indeque sub se videant et rideant inanes honorum opumque pompas, reges et principes quasi formicas inuentant, regnorum ortus et occasus, rerum omnium vicissitudines, temporum gyros et circumvolutions, unctosque seculi turbines, flexus et reflexus, quasi bullas nascentes et mox denascentes, contemplentur. Hi nimirus veri videntes, veri Yates, veri mystae sunt: caeli cœdientes, presenta exigua conspicunt, futura fœcet maxima non prævident; in terris lynxes, in celestibus talpa. » Magna sane, inquit Bernardus, prophetandi genus, cui vos (Fratres suos alloquitor) deditos esse conspicio; magnum prophetae studium, cui vos videre mancipatos. Quid illud? Neque juxta apostolum, non considerare quæ videntur, sed quæ non videntur, sine dubio prophetare est. Ambulare in spiritu, ex fide vivere, querere que sursum, non que super terram, obliisci quo retro sunt, extendi in anteriora, ex magna parte prophetare est. Alioquin quoniam modo, nisi per spiritum prophetare, conversatio nostra in celis est? Sic minimus Prophete olim quasi non inter homines erant sibi temporis, sed virtute et impetu quodam spiritus dies illos transilientes, excubant ut videnter diem Domini; et videbant et letabantur in ea. » Talis Propheta, talis videns erat regius Yates, sibi occidens: « Credo videre bona Domini, in terra viventium. » Talis S. Hilarius, teste S. Hieronymo, « qui menebat omnes preterire figuram hujus saeculi, et eam esse veram vitam, que vita praesens emeretur incommodo. » Talis Paulus, qui in tertium colum raptus exclamabat: « Non sunt condigne passiones hujus temporis ad futuram gloriam, quæ revelantur in nobis. Quod enim momentaneum est et leve tribulationis nostra, supra modum in sublimitate æternorum gloria pondus operatur in nobis. » Et: « Fides est substantia rerum sperandarum; ergo futurorum; argumentum non apparentium, ergo obscurarum et prophetarum. Fides est mente cernere bona celestia, que oculis non vides. Talis videns et videntium patre era! Abraham, qui « fide demoratus est in terra reprobacionis tanquam in aliena, in casulis habitando cum Isaac et Jacob, cohæredibus reprobacionis ejusdem. Expectabat enim fundamenta habentem civitatem, cuius artifex et conditor Deus. » Juxta fidem et prophetam defuncti sunt Abel, Henoch, Noe, Isaac, Jacob, Joseph, « non acceptis reprobacionibus, sed a longe eas aspicientes et salutantes, et confitentes quia peregrini et hospites sunt super terram. Qui enim haec dicunt, significant se patriam in

Quando
prophetae
tarunt?

et Nabuchodonosor in nomen Titi, et Chaldaeorum in Romanorum.

Dicitur alli-
qui, pa-
tres son-
nomin-
ent, ali-
tascent?

Nota initio horum Prophetarum aliquibus Prophetis addi nomina patrum et avorum, alii non addi. Causam discribimus nonnulli hanc assignant; quod ex traditione Hebreorum (quam referret S. Hieronymus initio in Sophonian, et S. Basilis in Isaiae cap. i) patres et avi Prophetarum, qui in titulo corundem nominantur, fuerint quoque Prophete; ceteri taceantur, eo quod non fuerint Prophete. Sed hec traditio incerta est et dubia, etiam ipsi S. Hieronymo; quin immo eam rejicit et confutat Paulus Burgensis Hebreorum doctissimus, in Osee cap. i. Nam facilius ergo et magis conson' S. Scripturæ ratio est, nomina patrum addi iis, quibus ad distinctionem et notitiam addere ea opus fuit. Plures enim eodem loci erant tunc viri illustres et sapientes, qui vocabantur Osee, Joel, Jonas, Sophonias, Zacharias: hinc ut Prophetæ habentes eadem nomine ab illis secererentur, addiderunt nomen patris, dicendo: Osee filius Beeri, Joel filius Phatuel, Jonas filius Amathi, Sophonias filius Chusi, Zacharias filius Barachie. Hanc causam dicit S. Chrysostomus initio Commentarii in Isaiam, Theodoretus, initio Commentarii in Joelem, et S. Gregorius, homil. 2 in Ezech. Secunda causa est: patres aliquorum nominantur, eo quod fuerint nobiles, vel virtute, sapientia, officio et auctoritate illustres; horum enim nominatio Prophetis aliquam dignitatem et fidem apud populum conciliabat. Ita S. Basilis et S. Hieronymus in Isaiae i. Hac enim de nomine regibus et regali prosopas ortis, quales fuerunt Iasias et Daniel, patrum nomina (vel certe stirps regia) adjicuntur. Adde nomina patrum nonnulla, quandojuvare ad Prophetæ intelligentiam, et ad quedam mysteria significanda, que eleganter aperit S. Hieronymus in eiusus Prophetæ inititis, queque inferius ex eodem recitabo.

Eadem cause sunt, cur in aliquibus nomine patris reensemuntur, puta in tribus, scilicet Amos, qui oriundus fuit ex Theea: Michea, qui ex Morasti: Nahum, qui fuit Elcesæus. Ex patria enim quisque facile dignoscitur, et ab aliis seceruntur. **Quarto.** Rabbini nonnulli, ut R. David, censem, cum eis patria non additur, fuisse Hierosolymitanum, argumentum est, et falsum esse patet in Iona, cui patria non additur, qui tam fuit Gethetus, non Iudeus solymitanus, ut patet IV Reg. XIV, 23.

QUERITUR SECUNDUM, — tempore et ordine duodecim Prophetarum. — Vando nimirum, et quo ordine prophetarum?

Dico primo: Aliqui prophete non notant tempus quo prophetarunt, quia generales sunt eorum prophetie, et ad omnia spectant tempora. Tales sunt Abdias, Joel, Nahum, Malachias, Jonas. Alii tempus prophetie exprimunt, quia eam aptant certio tempori, aut ut ex tempore adjectio facilis est adaptare, mutato tantum nomine Salmanasar

ligatur. Ita S. Basilis in Isaiae i, et Ruffinus initio Comment. in Osee. Secundo aliqui tempus omitunt, quia brevitat student, neque ac obscuritati, ut videantur esse Prophetæ, non historicæ, ac lectoris studium exerceant et acuant. Ita Christophorus a Castro lib. VI De Prophetis, cap. vi. **Tertio,** continuo est traditio, at S. Hieronymus initio in Osee, et Ruffinus in cap. i Joeli, medios Prophetas qui tempus non preferunt in titulo, prophetas sub ipsis regibus (sicuton sub extremo illorum) sub quibus prophetavit praecedentes Prophetæ, qui temporis titulum prefert, excepto fortasse Joele, qui non sub Ozia, Joatham, Achaz et Ezechia, uti Osee, qui Joelem præcedit, sed sub Manasse ab Hebreis prophetasse perhibetur; et Habacuc, qui pariter sub Manasse prophetavit, non sub Joatham, Achaz et Ezechia, uti Michaelis et Nahum, qui Habacuc immediate praecedit, id patebit ex chronotaxi, quam mox subiungo.

Dico secundo: Probabile est hosce Prophetas pene omnes in Biblio ordine temporis quo prophetarunt, esse collocatos. Hunc enim ordinem dedit us biblio Synagoga in Biblio Hebreis, quam Ecclesia in Biblio Latinis, Negat id S. Hieronymus hic in Prologo; sed locum ejus vitium esse, liquet ex Proemio ejusdem in Joelem: quare pro apud Hebreos, legendum est apud Graecos. Graeci enim in ordine Prophetarum a Latinis dissentiant, sed Hebrei consentiunt. Quocirca ultimi fuerunt Zacharias et Malachias: hos enim fuisse ultimos patet ex lib. I Esdra v, 1, et ex eorum titulo, in quo assurunt se prophetasse sub Dario Hystaspis, qui post Cyrus quartus fuit Persarum rex. **Primum** ergo, qui ante omnes, etiam ante Isaiam, prophetavit, fuit Osee. Ipse enim ita orditur: « Principium loquendi Dominus in Osee, » cap. I, vers. 2; ita Eusebius in Chron., S. Hieronymus et alii in Osee 1, 2. Negat hoc nonnulli, ut Christophorus a Castro, censemque primum fuisse Abdias; putant enim eum prophetasse tempore Josaphat et Achab. Illi enim excederunt Idumeos, uti predicti Abdias, ut patet IV Reg. m, 4, et I Paral. xx, 1. Secundum esse Jonam, qui prophetavit exodiis Ninives, quod factum est sub Saranapalo, anno 8 Azaria vel Ozias regis Juda. **Tertium** esse Osee. Verum hinc ordinem minus verum videri ostendam in Abdia et Jona. Certa in omnibus Biblio Hebreis, Graecis et Latinis Osee primus ponitur, quin et ante Isaiam collocatur a Septuaginta, qui tamen in aliis nonnullis ordinem invertunt. Nam in Biblio Septuaginta duodecim Prophetæ hoc ordine collocantur: primo, Osee; secundo, Amos; tertio, Micheas; quarto, Joel; quinto, Abdias; sexto, Jonas; septimo, Nahum; octavo, Habacuc; nono, Sophonias; decimo, Aggeus; undecimo, Zacharias; duodecimo, Malachias. Deinde subiectuntur Prophetæ majores, Iesaias, Jeremias, Ezechiel, Daniel; idque vel quia Osee tempore fuit primus; Osee autem

in eodem libro annexuntur ceteri minores: vel quia minores majoribus oraculorum et sententiis rurum ponderare non cedunt, cosque numero superant: sunt enim duodecim, cum illi sint quatuor: Dux pene omnes: quia si intium cujusque Prophetae species, puta annum quo quisque cepit prophetae, preponendi sunt nonnulli Jonas et Nahum, et postponendi Joel. Hoc enim ordine cooperunt propheetae: *Primum* omnium fuit Osee; *secundus*, Jonas; *tertius*, Amos; *quartus*, Abdias; *quintus*, Micheas; *sextus*, Nahum; *septimus*, Joel; *octavus*, Habacuc; *nonus*, Sophonias; *decimus*, Aggeus; *undecimus*, Zacharias; *duodecimus*, Malachias. Id ita esse patet ex harmonia, sive chronotaxi, quam max subjugamus. Unde S. Chrysostomus, Prefat. in epist. ad Rom., probat in epistolis S. Pauli non servari ordinem temporis quo sunt scriptae: Quia, inquit, is ordo non servatur in Prophetis. Jam vero voluit Deus proptere per duodecim Prophetas, ut nemo de eorum veritate dubitare posset, utpote cum videt oraculum unius ceterorum omnium oraculorum confirmari, totque habere testes, quot sunt Prophetae. Blasphemantem et mendacissimum apud Eusebium, lib. V Histor. cap. xiii, est Apellis vox: «Prophetas te ipsas redarguerem; eas enim eas a se invicem discordes, mendaces, et sibi ipsi contrariae;» ac proinde a contrario spiritu et sibi repugnante editas.

Porro scripserunt in minores Prophetas SS. Hieronymus, Cyrus, Theodore, Theophylactus, Ruffinus, non ille Aquileiensis antagonista S. Hieronymi, nam stylus dissentit, et Gennadius, qui studiis opera Ruffini Aquileiensis collegit, huius commentarii non meminit; aliis ergo fuit hic Ruffinus ab illo. Scripsit et in omnes, uno Osee excepto, Remigius Altiliodorensis, qui vixit annum Domini 880, sub Carolo Calvo imperatore. Exstat in Biblioth. SS. Patrum. Item Rabanus, Rupertus, Lyranus, Hugo, Dionytius. Et novissime ac exactissime Christopherus a Castro, Gaspar Sanchez, et Franciscus Ribera, qui passim post litteralem, minutam singulorum moralium sensum persequitur. Brevisserunt Emmanuel Sa et Joannes Mariana, qui punctum multa tangunt. Hos omnes magno laboris et temporis impedio a capite ad calcem perlegi, discussi, et in compendio redigi: ac pene decreveram post eos non scribere, juxta illud: «In sylvania ne ligna feras; ne sidera celo, lucem soli, noctuas Athenei addas; ut videas Sapientum octavum, tertius Cato, quintus Evangelista.» Verum multa alia ut haec edarem impulerant, minirum, ut equabilis tenore commentator in totum sanctam Scripturam perlexerem; sua enim cuique dicendi scribendique est methodus, ab aliis omnibus diversa et dispar: sursum ut multa propria adderem: S. Scriptura enim est abyssus, que nullis scriptis, vel commentatoribus exhausta, tunc ne puniri potest. Insuper, quia multa

(1) His Prophetarum minorum interpretibus addere opportunum videtur, saltem quos perlegre plus minusve utile judicamus:

Ex catholicis: Gasparis Sancti Commentaria in duodecim Prophetas minores; Sorri in duodecim Prophetas minores; Roscher in Prophetas minores Commentarium, Francof. et Lips. 1838 et 1708; Ern. Frid. Car. Rosenmller Scholia in Prophetas minores, Lips. 1812; Franciscus Valentinus Dominicus Mauer Commentarius grammaticus, historicus, criticus in Prophetas minores, in usum maxima Academiarum adornatum, Lips. 1840.

quia in ceteris libris nonnulla habet que valde faciunt Christianae religioni, hinc illud ibidem quoque edidit Arias Montanus in editione Bibliorum Regionum: ubi et Apologiam ejusdem scriptit Franciscus Lucas. Citabo illud frequenter ad versiones vel illustrationem, vel copiam, explosis fabulis Iudaicis.

QUERRITUR TERTIO, de pharsi et objecto Prophetharum, minirum quo stylo utrantur, et quod objectum spectent, quidque ad literam significant?

Ubi in
minores
Prophetas
scip.
scriptat. Dico, primo, omnes quidem Prophetas, sed praeceps hosce duodecim minores, abundanter parabolis, symbolis, enigmatisbus; idque tum quia Prophetae sunt, ideoque prophetice, id est obsecne et enigmatica, loquuntur; tum quia breves sunt et concisi: tum quia hoc possit majestas Spiritus Sancti, ne haec ovis oracula, quasi patula et omnibus perspicua, villescant, sed velut arcana sapientia plena, cunctis sui venerationem, aequa et studium excellent: qua de causa Pythagoras, Heraclitus, Pherecydes, Plato et Egypti sua dogmata per symbola et enigmata tradiderunt. Quocirca Origenes, hom. 7 in Exodus, coelestia eloquia comparat cum manna, quod cum esset minutum et rotundum, plenum tamen erat interior suavitate, et vigore admirabilis; et R. Moses apud Galatinum, lib. 2, cap. vi. scilicet aliud, quod clavis intelligentiae universorum, que Prophetae dixerunt, est intelligere parabolicas et metaphoricas similitudines, ac enigmata. Scis enim apud S. Chrysostomum, hom. 23 in Acta: «Abyssus questionum S. Scriptura est.» S. Augustinus, serm. 11, De verb. Domini, sec. Matth.: «Scriptura ubi aperta est, fames pascat; ubi obscura fastidium levat.» Rursum: «Scriptura ubi dilucedit, ibi dulcescit.» Vide Clementem Alexandrinum, lib. V Stromat., ubi inter cetera doct, non tantum Gracos et Agyptios, sed barbaros hisce symbolis usos: «Aliunt, inquit, Ilandhram Seytharum regam (ut refert Pherecydes Syrus) Dario qui Istrum traheret balum minitatem symbolum misse pro litteris, murem, ramam, arenam, jaculum et aratum. Cum autem de his exorta esset dubitatio, Orontopagis tribunus militum dicebat eos tradituros imperium, conjectans ex mure quidem domos, ex rana aquas, ex ave aerem, ex jaculo arma, ex anatro regnum. Niphodres autem contra est interpretatus: dicebat enim: Nisi tanquam aves evolaverimus, aut tanquam mures terram, vel tanquam rane aquam subierimus, illorum tunc non effugiemus: non enim sumus domini regionis.»

Hinc liquet quam profundum, sententious et elaboratum sit hoc exiguum Prophetarum opus, utpote in quo per symbola conscribendo et commandando, duodecim Prophetae tanto tempore desudarint: per omnem enim vitam non scriperunt aliud. Fertur Virgilius vix quindenos versus per dies singulos composuisse, ut eos totto die lambaret, relameret, limaret et exploret, ideoque

quilibet ejus verba plena sunt eleganter et doctrinae. Quocirca parvo hoc suo poemate inter poetas primas tuit, jure habetur poetarum princeps. Verum est illud Apuleii in *Floridis*: « Nulla res potest esse eadem festinata, simul et examinata; nec esse quidquam omnium, quod habeat et laudem diligentius, simul et gratiam celeritatis. » Idem ego in hisce meis commentariis solita brevitate consecutor, ut pauca scribam: sed succincta, ac dum sepiusque per annos vixi quinque, quibus tertio hoso Prophetas in scholis pertracavi, librata, discussa et expensa.

Dico secundo, Prophetas aliquando ad litteram loqui de Cyro, Nehemia, Zorobabele, etc., qui Iudeos et captivitate Babyloniorum reduxerunt in patriam; aut de Davide, Salomon, Ezechia, qui regnum Iudaens exierunt tam opibus et gloria, quam pietate et Iei cultu, allegorice vero de Christo, aliquando tamen ad litteram loqui de Christo, et si cum allusione aliqua ad Ezechiam, Davide, Zorobabelem, etc. Negabat id Theodorus Mopsuestenus judaizans et ebionitanus (contendebat enim Christum non esse Deum, sed purum hominem), qui omnia augusta de Christo oracula ad litteram referenda esse censebat ad Aaronom, Zorobabelem, Davidem et Iudeos; ab Apostolis vero et Evangelistis ea accommodari Christo sensu tantum allegorico, vel accomodato modo. Quod ejus dogma generatio recentetur et dannatur in Concilio OEcumenico V, quod fuit Constantiopolitana II, act. v, ac particulatum in Consilio Romano sub Vigilio Papa, quod existat in Biblioteca Vaticana, indeque illud transcripsit Antonius Augustinus, et noster Prado, Proemio in *Ezech.* sect. iii, ac Turrianus, ut ipse refert commentans in lib. II *Constitut.* *Apost.* cap. v. Porro Concilium Romanum haec assert exempla. *Primum Joel.* 11, 28: « Efundantur spiritu meo super omnem carnem; » Mopsuestenus hoc interpretabatur de favore quo p[ro]t[er]e, ecceutus est Dominus exercitum Zorobabelis, pugnatum contra Seythas. *Secundum Micheo* v, 2: « Et tu Bethleem Ephrata, parvulus es in milibus Iudea: ex te mihi egredietur qui sit dominator in Israel; » Mopsuestenus per dominatorem hunc accipiebat Zorobabelum. *Tertium Malachia* iii, 1: « Ecce ego mitto angelum meum; et statim veniet ad templum suum dominator; » Mopsuestenus per dominatorem accipiebat Esdram, vel quem similem, qui olim cultum Dei in templo Iudeo restituit. *Quartus Amos* x, 11: « In die illa suscitabo tabernaculum David quod edidit, et reedificabo aperturas murorum eius, etc. Mopsuestenus: « Hoc loco, inquit, Amos reditum et Babylone predicit, quando Zorobabel ex stirpe David regem habuerunt; Jacobus vero, *Acto* xv, 16, hunc locum ad Christum transalit, in quo res est ad exitum verum perduta. » *Quintum Zchariae* ix, 9: « Ecce rex tuus veniet ibi; » Mopsuestenus hunc regem aiebat esse Zorobabel remountem cum suis et Babylone. Ita et alii nonnulli,

quorum ratio erat: Quia, inquietib[us], gloriatus est Christo et Ecclesie presignari personis et rebus, quam verbis. *Sextum Psalmi* xv, 10: « Non derelinques animam meam in inferno: » Mopsuestenus id ad litteram non de Christo, sed de populo Israel eretto ex periculis predictum esse censebat. *Rursum illa Psalm.* xxl, 18: « Foderunt manus meas et pedes meos. Dederunt in escam meam fel. Diviserunt sibi vestimenta mea: » Mopsuestenus aiebat haec ad litteram non de Christo, sed de Davide esset predicta proper tyranidem Absalonis, qui regiam urbem substantiamque perverserat, et in terra omnia patria sua dimuniverat; sed Evangelistam haec ex eventu ad Christi traxisse personam. Quibus omnibus recte Vigilius Papa subiungit: « Qui haec ita sapit, docet, credit aut predicit, anathema sit. » De fide ergo est haec loca ad litteram non de Davide, aut Judeo aliquo, sed de Christo esse intelligenda. Similiter in Synodo V generali, act. v, ubi damnatur Mopsuestenus, de eo ejus erroribus ex Ecclesiastica historia Hesychii sic dicitur: « Prima elementa doctrinae sue ex Iudeo vaniloquio incepit, codicem in prophetiam Psalmorum conscripsit, omnes de Domino (Christo) predictions abnegantem. » Quocirca iure D. Thomas, Prefatione in *Psalmos*, ad damnatum in V Synodo Theodosio Mopsuestenum, quo quod diceret in veteri Scriptura et Prophetis nihil expresse haberet de Christo, sed ex sola quadam accommodatione.

Porr[um] cavendi hic moderni nonnulli, præser-
tim Concionatores, qui a Prophetis et Patribus degeneres, novum concionandi, novum Prophetas explicandi et pretarctandi modum commentantur. Ut enim apud populum plausum inveniant, verba S. Scripturae ad miros suos conceptus, sibi ut videtur, ingeniosos et elegantes, violenter inflectunt et trahunt. Quapropter nec sensum litterarum S. Scripturae et Prophetae, nec mysticum, qui litterali quasi basi et fundamento insisteret, ipsique aposito ex equo respondere debet, sed ingenii sui speculations partegera pro verbo Dei populo propoundit, imo supponit. H[oc] enim non Dei, sed sua sensa populo pro divinis videntur, ipsamque S. Scripturam in alienas, imo in ipsi contrarias subinde expositiones detinunt, ac proinde eam temerant, illigunt violentias manus inferunt, que sane audax et gravis in fœnum, ejusque sacras litteras est irreverentia et injuria, grave probrum, et pene sacrilegium: est enim ingens sacrarium litterarum et profanatio.

Vis exempla: accipe. Exstat liber concionum, qui asserit Davidem uxoria difficultate, utpote re-
pli-
in hac vita molestissima, afflictum, quotidie pro ea, proque uxore orasse. Probat id ex verbis *Psalm.* xxxvi, 69: « Deus, in adjutorium meum intende, » id est, inquit, Deus, in uxorem meam intendere, fac eam faciliem et morigeram: uxor enim vocatur « adjutorium viri, » ut patet *Gen.*

cap. n, 18: « Faciamus ei (Ade) adjutorium (puta Evans) simile sibi. » Spectatum admissi risum tenetis amici. Alterum audiui, qui docebat S. Scripturam asserere Mosen mortuum esse in osculo Domini; quia nimis est. *Deuter.* xxxiv, 5, in Hebreo dicitur: « Moses mortuus super os Domini: ergo, inquit, in osculo Domini. At quis nescit os Domini in Scriptura significare dictum, jussum, preceptum Domini? Quocirca Noster, Chaldeus, Septuaginta, et alii passim vertunt, *jubente Domino.* Tertius ex illo *Thren.* 1, 15: « Torcular calavit Dominus virginis filia Juda: idcirco ego plurans, » probabat B. Virginiem conceptam esse sine peccato originali. Hunc enim loci sensum dabat: Christus torcular passionis precipue subiit pro B. Virgine, elique illius merita singulariter applicavit, curando ut preservaret a peccato originali: idcirco ego Jeremias phoro, quod conceptus sim in peccato originali, licet in utero ab eo fuerit expiatus; esto enim haec re sim superior exteris hominibus, qui in hoc peccato nascuntur, inferior tamen sunt. B. Virgine, que in eo nec nata, nec concepta est. Hec erat ipsi demonstratio: quasi vero hic de B. Virgine agatur, et non potius de impia Jerusalem, quia a peccatis non fuit expiata, sed ob ea oppressa et excisa. Torcular enim hoc fuit excidi Jerusalem, non passionis Christi. At, inquit, conceptus hi lupidu[m] populo placent, videntur appositi et elegantes. Non audiat leprosus hos Satyricos, ne submannos exclamat: « O lepidum, sed leporinum caput, quod ut plebis rudis et indecora aures mulcet, et se, et si, et Sacram Scripturam facit fulgam, quod

Humano capiti cervicem jungit equinam.

Et alter:

Id sibi negotii creditur solum dari,
Populo ut placenter quas fecisset fabulas.

Iepores hi ilepidi sunt, elegantes inelegantes, facies infuscate, sales insulsi, fabule ineffabiles, imo infande. Quis philosophorum ferre, Aristotelem; qui oratorum, Ciceronem; qui theologorum, S. Thomam subtilibus explicacionibus et commentis, in aliis, et ab eis mente alienos sensus torquerit? Qui hoc auderet, falsarius apud omnes audiret. Quis ergo ferat S. Scripturam, que ipsius Dei ad homines est epistola, uti ex S. Augustino ati S. Gregorius lib. IV, epist. 84 ad *Theodorum*, in proprio conceptus, qui a mente Dei alieni sunt, rapi et distorqueri? Quis rex sustineret preconem suas litteras, sua edita, aliena a sua mente explicatione interpretantem? sane in eum ut lese majestatis reum animadverteret. Et Deus sustinebit verbi sui praecones illud aliena, immo sibi adversa, interpretatione pervertere et adulterare?

Damnavit Ecclesia Origenem, quod sui cerebri commentaria fecerit S. Literarum sacramenta, dum

Eve ex Adami costa formationem spiritualiter, arbores paradisi angelicam fortitudinem, tunicas pellentes humanam corpora; et plura similia mystica interpretatus est, ac littere veritatem fugiens ad mysticos sensus configit, symbolicos semper interpres, ait S. Hieronymus. Atque haec una lapsus eius fuit occasio. Praeclare Cassiodorus, lib. *De Inst.* divit. lect. « Origenes, inquit, ubi bene, nemo melius, ubi male, nemo pejus. » Quare sic legendus est, siue Virgilius dum Ennius legeret, a quodam quid faceret interrogatus, respondit: « Aurum ex stercore quero. »

Eadem damnat hereticos, qui S. Scripturae certainas assunt, eamque in sua sensa voluntem no[n]temere flectere et trahere conantur. Quis pariter non damnet Orthodoxos, qui eidem Scripturam sensum attinxerit quem ipsa non habet, immo non patitur? Heresis est aliquid sacra Scripturae contrarium asserere: heresis ergo est S. Scripturae alienus ab ejus mente, et contrarios sensus affingere. Hoc enim est re ipsa discrete contrarium dicere ejus, quod dicit et significare intendit S. Scriptura. Non enim S. Scriptura in syllabis et verbis, sed in sensu et sententia consistit. Quod enim est gladius ad vaginam, granum ad aristam, anima ad corpus, hoc est sensus genuinus ad ipsa verba S. Scripturae. Si hinc sensum tollis, et alienum substituis, ipsam Scripturam examinas, imo pro anima propria quam ei avellis, spuriam ipsi substituis. Haec de causa id ipsum ne fieret, gravi sanctione vetuit S. Tridentina Synodus, cuius verba mox recitabo, omnesque Patres. Unus omnium instar sit S. Hieronymus, qui scribens in cap. xiii *Isiae*, ubi ad littoraliter agitur de Babylonis excido, taxat eos qui, posthabito litterali sensu, ad allegoricos et mysticos configunt, qui cum litterali non coherent, nec ei superstruntur: « Audivimus, inquit, Medos, audivimus Babylonem et incolas in superbus Chaldaeorum. Volumus intelligere quod fuit, et querimus audire quod non fuit. Et hoc dicimus, non quod tropologicam intelligentiam condemnamus, sed quia spiritualis interpretatio sequi debet ordinem historie, quod plerique ignorantes lymphaticum in Scriptura vagantur errore. » Audient hoc conceptum aereorum architecti: sciant se nodum in scipo querare, se mente concipere quod non est in rerum natura, se fabricare chimera: querunt enim sensum in Scriptura quem ipsa non habet, ac proinde in ea lymphatico vagantur errore. Hic ergo corum concepimus non est veritas, sed error fanaticorum, ideoque furor, si credimus S. Hieronymo. Monet S. Paulus *Timothaeum* epist. II, cap. iv, 2: « Praedica verbum, argue, obsecra, increpa. Erit enim tempus cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coacervabunt sibi magistros, pruentibus auribus. » Pariter hi sanam doctrinam, puta sensum genuinum, non sustinent, sed eum quasi vulgarem fastidunt, ac ut auditoribus, qui

prudentes habent aures, se accommodant, prouident pariter et lingua. Primitus hic arguit iudicium minus solidum, mentem levem, puerilem et curiosam, que talibus commentis et figuratis pascitur; cum solidum in S. Scriptura germano sensu plebium habeat, illudque nauseans rejicit: perinde ut stomachi male sani, vento turridi et cacochymici, solidum uterique cibum fastidit, appetitique cibos leves, funigosos, pravos et noxios. De Chrysippo arguitur opificis de Cicerone: « Chrysippi acumen in seipso frater et evanescit. » Ita acmina haec aures plebis prudentes titillant, sed si discentiantur, minus vera, minus germana invenientur, et quasi fumi temnes vanescant in auras. Ubique enim verbum est illud: Quae nimis acuta et arguta, ea nimis sunt solida, et non raro solida. S. Scriptura pulcherrimas, que ac acutissimas, difficilissimas et obscurissimas habet sententias et sensus de qualibet virtute et vita; adeoque sensus ejus sunt conceptus ipsius Spiritus Sancti: ut quid ergo exiles hominum in imaginationes, futilis super et nugaces conlectantur? Deus per Jeremiam, cap. xxii, acriter increpat pseudo-prophetas, qui sub somnis praetendebant visiones et verba Dei: « Audiri, inquit, que dixerant Prophete prophetantes in nomine meo mendacium, atque dicentes: Somniali, somniali. Usquequo istud est in corde Prophetarum vaticinationis mendacium, et prophetantium seductiones cordis sui? Propheta qui habet somnium, harret somnium, et qui habet sermonem meum, loquatur sermonem meum vere. Quid polci ad triticum? dicit Dominus. Numquid non verba mea sunt quasi ignis, dicit Dominus, et quasi malleus conterens petras? » Arguit Deus Propheta, qui cuius sibi cerebri commenti populo vendidit, dicebant: Hec dicit Dominus, jubetque ut ei, utpote falso, omniis, dicant: Hec ego communis sum, hec ego somnium, he sunt paleae meae; Dei vero verbum est somnium, et malleus conterens petras. Iudeum dicant et hi: Hic est conceptus meus, hoc commentum meum, non Dei, non S. Litterarum. Apostolus iudeo Timotheo pastori et predicatori, epist. II, i, 13: « Sollicitus, inquit, cura te ipsum probabilem exhibere Deo, operarum inconfusibilem, recte tractantem verbum veritatis: » refe, inquit, non prave, non contorte, non ficti; nimur ut primo sensum litteralem sancta Scriptura genuinam tradas, deinde mysticam et moralam aperte illi inhaerentem superstruas et quasi infuldes. Unusquisque, ut idem Paulus I Corinthi, epist. iii, videat quomodo superedificet; ali enim atrium, argentum, lapides preciosos superedificant; ali lignum, frenum, stipulam. Sed haec ignis in domini comburet: ipse autem salvis erit, sic tamen quasi per ignem. Quocirca S. Hieronymus, in epist. ad Ecclesias: Eisdem, ut, libens, et histrio caritatis et tropologia; sed illa humor est,

ista sublimior. » Idem, vel quisquis est auctor in cap. in epist. II ad Corinthi: « Ille, dit, versus spiritualis intellectus est, qui non verisimiliter coloribus pulchrum mendacium pingit, sed virtute rerum ipsum rem exprimit veritatis. » Et S. Gregorius, hom. 4 in Evangelio: « Tunc allegoria fructus suavitatem carpitur, cum prius post historiam in veritate radice solidatur. » Denique exstat haec de re grave justinum decretum sacerdotio Ecumenici Concilii Tridentini, sess. IV, quod sic habet: « Preterea ad coherenda pertinaciam ingenia decernit, ut nemo sua prudentia innixus, in rebus fidei et morum ad edificationem doctrinae perficiuntur. » S. Scripturam ad suos sensus torquens, contra eum sensum quem tenet et tenet sancta mater Ecclesia, cuius est iudicium de vero sensu et interpretatione Scripturarum sanctorum, ut etiam contra unanimem consensum Patrum, ipsam Scripturam sacram interpretari audeat, etiamsi huiusmodi interpretationes nullo unquam tempore in lucem edende sint. Qui contraverterent per ordinarios desiderant, et plenius a iure statutis puniantur. » Et inferunt, agens contra eos qui sententias S. Scripturae ad fabulosa,vana, adulterationes, etc., detorquent, jubel ait omnes hujus generis homines, teatatores, et violatores verbi Dei, juris et arbitrii precium per Episcopos coherentes. « Adiligent ergo Episcopi, eorumque vicarii, et idipsum strenue exsequantur, atque effrenem hanc novos S. Scripturae sensus effingendi, imo in ecclesiis depradicandi licetiam, coercant, ideo theatrales hosce minos, comedios, fabulosos et sacris pulpis turbulentibus, vel emendent, ut autoritatis S. Scripturae, que liber est ipsiusmet Dei, sint tutores et vindictae, utque ab Ecclesia scandalum hoc et monstrum aeduo fedos et infame exterminent; meminerint hujus rei se Deo reddituros rationem, quam exactam ab eis in hora mortis ipse iudex, utpote S. Scriptura auctor et dictator, exposet.

QUARTUO: « Quis fulgit habitus, que dispositio interna Prophetarum? Respondeo: Pausa dispositio anime fuit quies, tranquillitas et sevitas; per hanc enim animam liberatur ab omnibus turbulatione et tumultu passionum et cogitationum distractiuentibus in diversa, ut colligatur in seipso, ut plane pleneque possit intendere revelationes divinas, quae est causa propheticæ. Ita S. Basilus, preconio in Isaiam: « Propheta sunt, inquit, pars ac pellucida anime, velut specula facia divinae operationis, quo imaginem integrum et inconfusam, nullaque ex parte turbatum earum affectibus, representabant. Nam omnibus cunctis adest Spiritus Sanctus, verum in his qui puri sunt affectibus, peculiarem vim ostendit. » Quocirca S. Hieronymus in cap. xxviii Matth.: « In veleni, illi, et novo Testamento hoc semper observandum est, quod, quando augustinus aliquia apparuit visio, primum timor pellitur, et sic mente pacata

possit quæ dicuntur audiri. » Ita Christus, se post resurrectionem revelans multiferibus, viam preannunti dicens: « Nolle timere, » Matth. xxviii; et Gabriel oraculum de Joanne Baptista nascituro datus Zacharie, Luc. i, 13, animum ejus preparat abstergendo timorem, dicens: « Ne times, Zacharie! » Ubi Theophylactus auream dat reglam, et quasi indicem boni malive spiritus: « Si mens, inquit, primum turbatur, et statim timor solvit et iterum quiescit, revera divina visio est; si autem timor ac turbatio magis ac magis crescat, demonica visio est. » Hinc Cassianus et alii rerum spirituum magistri docent hoc indicio consolatione, angelicam ab illusione diabolica secerni et dignosciri, quod angelii prima aspectu terrent, mox timore abstersto animam sedent et consolentur, ex adverso diabolus primo animam falsa consolatione molecat, mox eandem multis pavoribus et angoribus impicit.

SECUNDA dispositio fuit anima a sensibus et sensibilibus abstractio, per ceterum et assiduum orationem et meditationem. Hac enim anima a rebus terrenis aveluntur, et in Deum elevant, ut ejus inspirationi excipiende tota vocet et intendant. Rationem dat S. Augustinus, lib. X de Trinitate, cap. iv, nimurum, quod anima, cum sit limitata virtus, non possit simul attendere rebus sensibiliibus et divinis, presertim cum hæc illa multum diverse, et quæ-contraria sint; quocirca cum attendit sensibilius, parum ei re-tut virum, parumque attentus quod impedit virum; quo ergo minus attendit terrenis et corporalibus, eo magis potest attendere spiritualibus et celestibus. Quocirca Patriarche maxime prophetarum, cum morti essent vicini, utpote quasi jam separata a curia, cogitationibus et affectibus ingens vite; ut prophetaavit morituras Jacob, Genes. xl ix, et Moses, Deuter. xxxix. Vide de hac re S. Gregorius, IV Dial. xxvi. Ad hoc quoque juvat psalmodia; haec enim mentem excitat et elevat ad sublimia. Unde Elieus, IV Reg. n. 13, postulaturum bei oraculum, vocavit Psalmem: « Cumque caneret psalmus, facta est super eum manus Domini; et ait: Hec dicit Dominus, » etc. Huc quoque facit fuga voluntatis carnis et sensuum; haec enim mentem valde deprimit, incrassat et inquit, ut onerates illuminationes et influxus cerebre, excipere, haunire et gustare nequeat. Quocirca Moses jejuniu 40 dieum purgavit corpus et mentem, ad excipiendam oracula et precepta in Sina, Exod. xxxiv, 28. Huc quoque confort solitudo. Quocirca Orpheas et Zoroastres multis annis vixerunt in solitudine, ut supernis intenderent. Talibus compedit illud quod de Tresis canit Homerus, et ex eo Plato in Menone:

Hic solus sapit, ast illi volitant velut umbra;

TERTIA est sanctitas vita: ficit enim Deus sublimanda ipsius dei donum prophetie quasi obliter et per transemannam; nam in die iudicii, ut doctet Chri-

stus, Matth. viii, 22, improbi nonnulli dicent: « Domine, Domine, nonne in nomine tuo predelevimus? » atque talis fuit Caiphas, Joz. xi, 31, et Barlaam, Num. xxxv, 32, et Saul, I Reg. xix, 24, quiccum essent impii, prophetaverunt; tamen domini propheticæ continuum, et quasi habitare non soleat nisi Sancti, ut videtur est in hisce dictione, qui omnes catalogo Sanctorum in Martyrologio adseri, ti sunt. Ratio est: prima, quod dicit tantum dominum (Propheta enim sunt quasi os Dei) non dari nisi Sancti: impii enim eo non tantum indigni, sed et ad id inepti sunt; secunda, quod sanctitas mentem elevet, disponatque ad Dei illustrationes hauiriendas; tercia, quod Propheta mittantur a Deo at sua concionatores, qui quasi mallei contundant saxa horum; Ad hoc autem sanctitas non vulgaris, sed eximia requiritur, puta ingens zelus, tum gloria divine, tum salutis animarum promovendus. Nam quia ratione peccator convertat peccatorem ad vitam puram et sanctam? quomodo frigidus accendat frigidum? Calore et amore opus est, coquus in genio, ut quis alium Dei amore inflammet; non aqua, sed ignis major minorem accendit. Praetulare S. Chrysostomus, hom. in titulum Psalm. L: « Propheta, inquit, velut quidam pictores sunt virtus; » virtus autem melius pingitur vita quam voce. Vivacior enim est imago morum, quam verborum. Quocirca Philo, lib. Quis rerum divinarum haec: « Malum, ait, virum non est fas interpretare esse numerum, sed in solum sapientem hoc competit; quia si solus est instrumentum Dei, rasonans ab eo contactum et pulsatum, invisibiliter. » Et Origenes, lib. III Periarch. cap. iii: « Sanctus, inquit, et immaculata anime, si cum omnibus affectu omnique puritate se vorerit Deo, et alienas se ab omni demonum contagione servaverint et per multam abstinentiam purificaverint, et postea religiosis imbutæ fuerint disciplinis; participem per hoc divinitatis assumunt, et propheticæ, ac ceterorum divinorum donorum gratiam merentur. » Praecellens S. Basilus, procamino in Isaiam: « Cum anima, inquit, omni virtus studio dedita, vehementi in Deum amore perpetuam Del memoriam sibi impressam servat, atque hac re primum apparat scit, ut Deum habeat velut inhabitantem, ex vehementissima in Deum intentione, et arcano amore numine afflata, digno propheticæ domo redditur, Deo divinam virtutem impetrante, animique oculos aperiente ad intelligentias quæ velut speculaciones. » S. Maximus, centuria I De Charitate, cap. xciv: « Quemadmodum, inquit, sol exortans et mundum illuminans, cum seipsum, tum res a se illuminatas demonstrat; ita quoque sol justitiae purgato animo exercitans, et seipsum videndum exhibet, et renuntia quæ a se facte sunt, et deinceps fieri rationes demonstrant. »

Quocirca S. Bernardus, lib. De Interiori domo, cap. lxxix, in fine: « Certum, ait, signum tibi sit,